



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De presbyteris. Qui dicuntur ordines sacri. I

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

dicare præceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum, & recitatio catechuminorum nostrum. Ipse præmonet aures habere ad Dominum: ipse donat pacem, & ipse annuntiat. Quod a. huic ordini à Moysi statutum est, hoc etiā in novo testamento representatur, cum Diacono super lauum humerum stola ponitur, & casula in diebus iunii cōplicatur, quia quicquid laboris & sustinētiæ in hac vita toleratur, quasi in leua portatur, donec in dextera, i. in æternitate, requies habeatur. Hic ordo ab Apostolis celebriat⁹ est, quādo (vt legitur in Actib. Apost.) septē viros plenos Spir. S. ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa manus eis imposuerunt. Vnde & consuetudo inoleuit, vt in omni matrice ecclesia 7. Diaconos circa Christi aram, quasi 7 columnæ, assistat. Hi sunt 7. angeli, tuba canentes in Apocal. qui quales esse debeant, Apost. docet Timotheo scribens. Hi cum ordinantur, solus Episcopus eis manum imponit, quia ad ministerium applicatur. Ponit eis orariū, i. stolam, super lauum humerum, vt per hoc intelligent se accepisse iugū Domini suave: quo ad sinistram pertinentia, diuino timori subiiciant. Accipiunt & textū euangelii, vt intelligant se esse præcones euangelii Christi. Hi a. antequam ordinantur, probentur, vt docet Apost. & sic ministrant, nullum crimen habētes. Hoc officio vsus est Christus, quando post cœnam sacramentum carnis & sanguinis discipulis dispensauit, & quando Apostolus dormientes ad orationem excitauit dicent,

*Matth. 26. e Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.
Luca 22. d*

De Presbyteris.

Septimus est ordo Presbyterorum. Presbyter *Ibid. 7. etym.* Græcè, Senior interpretatur Latinè. Non modo & ætate vel decrepita senectute, sed propter honore & dignitatē quam acceperunt, presbyteri nominantur: qui morum prudentia & maturitate conuersa-

Num. 4. a

Act. 6. b

Apoc. 8. a

1. Tim. 3. a

Con. Carth.

4. cap. 4.

Matth. 11. d

1. Tim. 3. b

Matth. 26. e

Luca 22. d

uersationis præcellere debet in populo. Vnde scri-
 ptum est, Senectus venerabilis est, non diurna, *Sapienz. 4.6*
 nec annorum numero cōputata. Canis sunt sen-
 sus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.
 Ideo a. etiam presbyteri sacerdotes vocatur, quia
 sacrum dant: qui licet sint sacerdotes, tamē ponti-
 fatus apicem non habet sicut Episcopi: quia ipsi
 nec christmate fronte signant, nec paracletū dant:
 quod solis deberi Episcopis lectio Actuum Apost. *Act. 8.4* &
 demonstrat. Vnde & apud veteres ijdem Episcopi *19.2*
 & presbyteri fuerunt: quia illud est nomen digni- *Isidor. ubi*
 tatis, hoc ætatis. Sacerdotes nomen habent cōpo- *supr.*
 situm ex Græco & Latino, q̄ est sacrum dans, siue
 sacer dux. Sicut n. rex à regendo, ita sacerdos à sa-
 crando dictus est: consecrat n. & sanctificat. Anti-
 stites vero sacerdos dictus est ab eo, quod ante stat,
 primus n. est in ordine ecclesiæ. Ad presbyterum
 a. pertinet sacramentū corporis, & sanguinis Do-
 mini in altari Dei confidere, orationes dicere, &
 dona Dei benedicere: qui cum ordinantur, iniun-
 guntur eis manus, ut intelligent se accepisse gra-
 tiā consecrandi, & charitatis opera debere exten-
 dere ad omnes. Accipiunt & stolam, quæ vtrungq;
 tenet latus: quia debent esse muniti armis iustitiae
 contra aduersa & prospera. Accipiunt etiam cali-
 cē cum vino, & patenam cum hostiis: ut per hoc
 sciant sese accepisse potestatē placabiles Deo ho-
 stias offerendi. Hic ordo à filiis Aaron sumpsit ini- *Exod. 29.6*
 tiua. Summos n. pontifices, & minores sacerdotes
 instituit Deus per Moysen: qui ex præcepto Dei,
 Aaron in summum pontificē, filios vero ei⁹ vñxit
 in minores sacerdotes. Christus quoq; duodecim *Matth. 10.6*
 elegit discipulos prius quos & Apostolos vocauit:
 quorum vicē gerunt in ecclesia maiores pōtifices.
 Deinde alios septuaginta & duos discipulos desi-
 gnauit: quorum vicē in ecclesia tenent presbyte- *Luc. 10.2*
 ri. Vnus a. inter Apostolos princeps extitit Petrus: *Matth. 16.6*
 cuius

cuius vicarius & successor est Pontifex summus
Vnde dicitur Apostolicus, qui & Papa vocatur, sc.
pater patrum. Qualis a. eligi debeat presbyter, A.

1. Tim. 3. a post scribens Timotheo ostendit, ubi nomine Episcopi presbyterū significat. Hoc a. officio usus es

Math. 27. f Christus, cum seipsum in ara crucis obtulit, idem
Hebr 9. c sacerdos & hostia: & quando post coenam panem

& vinum in corpus suum, & sanguinem comutauit. Ecce de septem ecclesiæ gradibus breuiter elocuti, quid ad quenquam pertineat insinuauimus. Cumque omnes spirituales sint & sacri, excellenter tamen canones duos tantum sacros ordinés appellari césent. Diaconatus, scil. & Presbyteratus: quia hos

1. Tim. 3. b solos primitiva Ecclesia legitur habuisse, & de his
Act. 6. b solis preceptum Apostoli habemus. Apostolus enim in singulis ciuitatibus Episcopos & Presbyteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab Apostolis ordinatos legimus: quorum maximus fuit B. Stephanus. Subdiaconos vero & Acolytes procedente tempore Ecclesia sibi constituit.

Quid sit, quod hic dicitur Ordo. K

Si autem queritur, Quid sit, quod vocatur Ordo? Sanè dici potest signaculum esse, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinatio, & officium. Character ergo spiritualis, ubi fit promotio potestatis, Ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi Ordines sacramenta: quia in eorum perceptione res sacra, id est, gratia confertur, quam figurant ea, quæ ibi geruntur.

De nominibus dignitatum vel officiis. L

Sunt & alia quædam non ordinum, sed dignitatum vel officiorum nomina. Dignitatis simul & of-

Ibid. c. 11. l. 7. ficii nomen est Episcopus. Episcopatus a. vocabu-

etym.

Ezech 33. b lum inde dictum est, q̄ ille qui Episcopus efficitur, superintendat, curam, sc. subditorum gerens. *επίσκοπος* enim Græcè, Latine intendere dicitur. Episcopi a. Græcè, Latine speculatores interpretatur. Nam

specu-

specu-

sitoru-

cerde-

cerdo-

effici-

Or-

Patri-

pisco-

preta-

cum-

omni-

princ-

princ-

tum-

præ-

teri-

pro-

supe-

Non-

peri-

quæ-

cre-

min-

nes-

n g-

cap-

hab-

pos-

Nu-

filo-

mi-

neb-

tis-

Mo-

Po-